

UNIVERSITY OF TORONTO



3 1761 01264002 5

Lesbonax (Rhetorician)
Lesbonactis sophistae
quae supersunt

PA
4225
L47
1906
c.1
ROBA

Lesbonactis
Lesbonactis

LESBONACTIS SOPHISTAE

QUAE SUPERSUNT

AD FIDEM LIBRORUM MANUSCRIPTORUM EDITA
ET COMMENTARIIS INSTRUCTA.

DISSERTATIO INAUGURALIS

Q. JAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

FREDERICUS KIEHR

THEODONEVILLANUS.

ARGENTORATI

TYPIS EXPRESSIT M. DUMONT-SCHAUBERG

MCMVI.

FA
4225
L47
1906

Von der philosophischen Fakultät genehmigt
am 1. August 1905.

BRUNONI KEIL

RICARDO REITZENSTEIN

PIETATIS

ERGO.

§ 1.

De Lesbonaectis libris manuscriptis et editionibus.

Lesbonaectis sophistae cuiusdam declamationes traditae sunt in numero parvorum oratorum Atticorum, de quorum codicibus egerunt Victor Jernstedt in editione Antiphontis (Petropoli 1880) et eius vestigia premens Fridericus Blass, cum eiusdem orationes iterum ederet.

Atque haec est Jernstedtii de cognatione librorum eorumque pretio sententia. Optimus codex est A (Crippsianus Burnei. 95 Mus. Brit.), membranaceus, forma folii minoris, saeculi ut videtur XIII. Correctus est duabus manibus aetatis diversae, quarum prior fuit ipsius librarii, recentior est correctoris, qui pallido flavoque atramento est usus; neque vero omnibus locis manus correctrices atramenti colore distingui possunt.

Ad hunc codicem prope accedit B (Laurentianus plut. IV cod. 11), chartaceus XV saeculi, nigro atramento scriptus; derivatus est ex A et "hoc exstante non magni pretii". Ex B fluxit L (Marcianus app. class. VIII 6), membranaceus XV saeculi; "hoc codice vel eius apographo tam emendate scripto, ut codex ipse sibimet vix sit similior", Aldus usus est ad constituendam suam oratorum editionem. Ex eodem libro L exscriptus est M (Burnei. 96 Mus. Brit.), chartaceus saeculi XV exeuntis, ut videtur. Ex M denique quintus liber Z (Vratislaviensis Magdalenaeus 1069), chartaceus saeculi XV, derivatus est.¹⁾

Hanc Jernstedtii sententiam multi viri docti amplexi sunt novisque argumentis fulcire studuerunt, quorum princeps facile Fridericus Blass l. c. Quibus viris doctis ita assentior, ut A²BLZM et inter se artiore affinitate coniunctos esse et a scriptura A¹ recedere censeam. In aestimandis vero quattuor illis libris ad aliam sententiam me pervenisse libere profiteor, quod quidem ad Lesbonaectem pertineat. Cum enim ad verba Lesbonaectis constituenda

¹⁾ Librorum ABLZ lectiones a Bekkero publici iuris factae sunt in editione oratorum Atticorum anni 1824; M a Dobsonio anno 1828 in editione eorundem oratorum adhibitus est.

primum photographiam codicis A, dein collationes B et L¹⁾ et codicem Z²⁾, denique notas, quas Dobsonius de codice M addidit, adhibuissem, ilico perspexi codices A² et B contra M et Z stare idque locis fere quadraginta, ex quibus hosce adferre satis habeo:

A ² et B		M et Z	
I	3 νὺν δὲ τίς	τίς δὲ τίς (τοὺς δὲ τίς Z)	
II	2 εἶναι	om.	
II	3 ἀμύνετε	ἀμύνασθε	
II	7 καί	εἰς	
II	15 τὰ ἐναντία	τὰ μὲν ἐναντία	
III	6 προγόνους	πολεμίους	
III	10 τῆς ὑμετέρας εἰς Μαραθῶνα	ἐπὶ Μαραθῶνα.	

Deinde L deprehendi vicies fere cum A²B et toties cum MZ congruentem; medium igitur fere locum tenet inter has duas classes.

Atque L non ex A²B derivatum esse his imprimis locis perspicitur:

I	3 νὺν δὲ τίς A ² B	τίς τὲ τίς L
II	3 ἀμύνετε A ² B	ἀμύνατε L
II	15 τὰ ἐναντία A ² B	τὰ μὲν ἐναντία L
II	20 καθ' ὅσον A ² B	καθ' ὄν L
III	10 βοηθῶν A ² B	βοηθεῖν L:

neque L ex ZM exscriptum esse hae lectiones demonstrant:

I	2 δὴ L	om. ZM
II	1 ἐν — ἐκτὶν L	om. ZM
II	2 εἶναι L	om. ZM
II	19 μνήμα L falso	μνήμην ZM recte.

Sed ne putes ZM ex L derivatos esse, velim haec conferas:

I	4 εἰς L	πρός ZM
II	3 ἀμύνατε L	ἀμύνασθε ZM
III	6 προγόνους L	πολεμίους ZM.

¹⁾ Has collationes viro doctissimo Ricardo Laqueur debeo, cui hoc quoque loco maximas gratias ago.

²⁾ Librum Vratislaviensem ut ipse Argentorati conferrem, egregia liberalitate virorum, qui bibliothecae Vratislaviensi praesunt, factum est. Hoc moneo quaternionem septimum decimum (17), quo maior pars Lesbonactis continetur bibliopegi incuria ita disturbatum esse, ut folium tertium quarti locum, quartum tertii locum teneat. Ita enim se excipiunt

folia	a	b	d	c	γ	δ	β	α
	129	130	132	131	134	133	135	136.

Iam videamus, quae intercedat ratio inter A² et B. A¹ II 3 habet falso ἀνδρῶν, A² correxit ἀνίων, cum B et ceteri rursus praebeant ἀνδρῶν: sequitur B ex A post correctionem factam exscribi non potuisse. Sed quoniam B ceteris omnibus locis cum A² congruit¹⁾, qui tandem fieri potuit, ut illam unam correcturam eamque speciosissimam non reciperet? Quod si est, virorum doctorum sententia illa cecidit B ex A² transcriptum esse. Quid, quod hoc loco tam strenue munere suo corrector functus est, ut prioris scriptionis A vestigia nulla exstent, sed e sola rasurae forma et ambitu coniecturam de pristina scripturae condicione facere liceat? neque facile nisi accurate collatis aliis locis, quibus eadem litterae δρ coniunctae exstent, elementa fere funditus erasa agnoveris. Tunc eum tibi finges medii aevi librarium B, qui, cum ceteris locis purum putum A² textum recepisset, hac una in voce tantam diligentiam tantamque scrutandi subtilitatem adhiberet, ut litteras evanidas erueret? Legit, quod ex A post strenuam correctoris operam nullo modo potuit expiscari, in exemplo suo ἀνδρῶν fideliterque depinxit. Sequitur librum B non magis ex A² descriptum esse quam ex A¹, id quod omnes una voce concedunt. Quod si ita est, concludere necesse est B ex gemello libri A² fluxisse.

Neque vero hoc unum sententiae nostrae argumentum. B nullis interpositis spatiis vel divisionis signis ita a fine orationis II. ad initium orationis III. transit: κατὰ γέγονεν τοῦ αὐτοῦ τῶν αὐτῶν καὶ τὰ ἱερὰ κτλ., ut titulus inter verba vel ut verba oratoris legatur. Quod quomodo fieri potuerit, facile intellegitur comparatis titulis primae et alterius orationis, quales in A feruntur. Quo in libro declamationis Gorgianae “Palamedis” extrema verba oratione Lesbonactis prima excipiuntur ita, ut, quod spatii ultimae lineae vacuum relictum est, id accurate repleatur titulo Lesbonactis declamationis; et cum tenui tantummodo puncto τιμωρησάμενοι, quae ultima Gorgianae est vox, a titulo Λεσβώνακτος κτλ. sit separata, specimen continuae litteraturae scriptio induit. Eadem fere est res in confinio or. I. et II. Lesbonactis, ubi spatium post ultimum verbum ἐξημαρτήκατιν titulo προτρεπτικὸς τοῦ αὐτοῦ repletur ita, ut versus plenus rotundusque fiat. Nemo negabit tali titulorum collocatione facile librarium male sedulum eo adduci potuisse, ut tituli verba verba oratoris esse putaret. Hanc igitur in partem, si librarius libri B in titulo orationis III. perscribendo

¹⁾ Id iam Arnoldus Hug vidit (in comment. de arte critica in Antiphontis orationibus facitanda, Turici 1872).

peccavit, concludere coacti sumus eum in exemplo suo, quod descripsit, illam tituli adornationem invenisse, qua in errorem adduceretur. Quid vero in A? In hoc tertia oratio sola est, cuius inscriptio tam accurate a verbis oratoris separata est, ut librarius quamvis dormitans falli non potuerit. Ita enim locus in A dispositus est:

-μνήσκω δὲ ὑμᾶς, ὅτι καὶ τὰ ἱερὰ ὑμῖν καλὰ γέγονεν.

~ ~ ἔτι τοῦ αὐτοῦ ~ ~ ~ ~ περὶ τῶν αὐτῶν ~ ~

Quod inde factum esse quivis concedet, dico B ex A descriptum non esse, idem ex ipsis tituli verbis colligitur. Desunt enim in B duae voces ἔτι (τοῦ αὐτοῦ) et περὶ (τῶν αὐτῶν), quae dilucidis elementis, nullis adhibitis compendiis, in A leguntur; quae cur librarius B transierit, si quidem A exemplo usus est, nulla potest excogitari causa; neque enim ad socordiam scribae B recurrere tibi licet: diligenter enim attenteque officium suum ceteroquin praestitit. —

Restat, ut quaeram, quomodo Z et M inter se cohaereant. Qua in re Blassio assentiri non possumus, qui dicat Z ex M derivatum esse. Qui enim tum factum esse dices, ut Z II 20 εὖποις praebeat, M autem εὖρης? An vero putemus Z, qui III 3 ἐκεῖθαι exhibet, simplici eaque recta M lectione ἐκεῖθι sprete coniecisse falsum ἐκεῖθαι et tum quasi variam lectionem superscripsisse rectum ἐκεῖθι e M? Tertium nostrae sententiae adiumentum est III 14, ubi in M recte exstat ἡγήται, in Z autem falso ἡγείται. Alii multi loci idem demonstrant, sed minoris sunt momenti, ut II 3 εὐφρανοῦντας falso M εὐφρανοῦμεν recte Z; II 6 ἃ πάχει γεγήρακεν M γεγήρακεν ἃ πάχει Z; I 3 ἔτυχον superscripto ἔφυγον M ἔφυγον Z. At etiam contrarium his locis intellegitur, M non ex Z descriptum esse. Fluxerunt igitur Z et M e codicibus duobus gemellis.

Haec de codicibus, quatenus ad Lesbonactem pertinent: videamus nunc editiones.

Lesbonactis declamationes primum editae sunt a. MDXIII Venetiis ab Aldo et Andrea, socero illius, in altera parte voluminis quod inscribitur: "Orationes horum rhetorum: Aeschinis Lysiae Alcidas Antisthenis Demadis | Andocidis Isaei Dinarchi Antiphontis Lyeurgi Gorgiae Lesbonactis Herodis item Aeschinis vita Lysiae vita". Fluxit autem haec editio e codice Marciano L, quem supra commemoravi. Quae insecutae sunt editiones novis

libris manuscriptis in altera oratorum parte non adhibitis nihil fere ad emendanda oratoris nostri verba contulerunt; quare quidquid novi praebent, ingenio et sagacitati editorum debetur. Quarum in numero est editio Henrici Stephani (a. 1575), qui Lesbonactis declamationum nonnullos locos mendis liberavit: plurimos vero J. J. Reiskius, quo erat ingenii acumine quaque cognitione Graecae linguae, editione oratorum Atticorum anni MDCCLXXIII tom. VIII partim restituit, partim mendis laborare docuit. Sequebatur editio Νεοφύτου Λούκα (MDCCLXXII ἐν Βιέννῃ τῆς Αὐστρίας), qua mihi uti non licuit.

Anno MDCCCXX J. Comr. Orellius Lesbonactis quae supersunt non iam cum ceteris oratoribus coniuncta, sed seorsim edita “Graece et Latine recognovit, annotationes G. Canteri H. Stephani J. J. Reiskii Fr. Jacobsii aliorumque et suas notitiam literariam et indicem verborum adiecit”; collegit igitur studia omnia, quae ad id tempus a viris doctis in Lesbonactem collata erant.

Sed hae editiones omnes, cum, ut supra diximus, nullo codice praeter Marcianum niterentur, de medio sunt pulsi Immanuelis Bekkeri opera, qui anno MDCCCXXIV oratores Atticos edidit, usus non modo prioribus editionibus, sed codicibus fere omnibus eisque optimis qui exstant. Illius apparatus critici copiam usque ad nostram aetatem non inventus est, qui augeret.

Nam ex illo tempore separatim Lesbonactis declamationes editae non sunt neque ii, qui oratores Atticos ediderunt, ut Dobsonius (a. MDCCCXXVIII Londini) et Carolus Mueller (Parisiis 1846/47), licet Lesbonactem in collectiones suas receperint, tamen verba eius, qualia Bekkerus constituerat, intacta fere reliquerunt, nisi quod Dobsonus in eo laudandus, quod codicem Burneianum (M) adseivit atque Dobrei adnotationes publici iuris fecit. Post hos orator editorum manus expertus non est atque fere neglectus iacet. Unus enim vir doctus, nisi sunt quorum opera me fugerunt, Carolus Scheibe in Lesbonactem in “Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft 1845 p. 210/11” coniecturas protulit duas.

§ 2.

De declamationum argumentis.

Prima declamatio non integra ad nostram pervenit memoriam. Etenim cum secundum propositionem, quae est διδάξων περί τε τοῦ παρόντος ὑμῶν πολέμου καὶ τῶν ἐν ὑμῶν αἰὲ λέγειν

εἰωθότων ὡς χρὴ τούτων ἕκαστα πράττειν. duas expectes partes, unam de bello quod instat, alteram de insidiis vel pravitate oratorum, qui in rostra ascendere solent, una prior eis quae traduntur verbis continetur, ut posteriorem illam intercidisse appareat. Fingit autem sophista oratorem quendam Atheniensem, qui paulo post Plataeas anno 427 a Thebanis deletas (cf. § 4: νῦν δὲ τὸ τελευταῖον Πλαταιεῖς ἀναστάτους πεποιήκασιν) cives suos hortatur, ut Plataeenses ulciscantur et Thebanis idem supplicium, quo illi hos affecerint, inferant.

Atque prooemio audientium εὐνοία ita agitur, ut ceteri oratores aut non optimum civibus aut contra rem publicam Atheniensium e Thebanorum re suasisse arguantur atque cives, quod suae ipsorum saluti parum provideant, increpentur. Sequitur propositio illa, quam modo attulimus, quam excipit argumentatio, qua bellum Thebanis ab Atheniensibus inferendum esse exponere studet: iustum (δίκαιον) enim esse: ac primum illos (anno 506) Athenienses bello esse persecutos (§ 3), deinde (anno 479) contra Athenienses pugnasse ad Plataeas, denique — priorum temporum res paucis significantur — sempiternos atque infestos fuisse Atheniensium inimicos (§ 4): nunc vero gravissimo facinore priora quasi cumulassem, cum eis ipsis diebus Plataeas diruissent (§ 4). Eas esse causas, cur illis bellum sit inferendum.

Altera declamatio, quae inscribitur Προτρεπτικός sc. λόγος, est specimen orationis hortatoriae, quam imperator apud milites ante proelium initum habet, ut fortiter pugnent. Hanc nullis indicibus rerum vel temporis sophista instruxit, quibus concludi possit, quo tempore vel apud quem exercitum habitam esse orationem ille finxerit. Agitur autem tota argumentatione τὸ συμφέρον.

Imperator, postquam prooemio exposuit et adesse hostes et omnia esse parata ad pugnam faustaque et ipsa auspicia, milites adhortatur, animum ad ea, quae dicturus sit, advertant, ut quod vere iis sit utile cognoscant (§ 1): tripertitam quandam instituit argumentationem. Priore enim loco docet in victoria plurima inesse commoda: hac sola liberam eos et urbem servare posse et terram (§ 2) et templa deorum atque sacra et ludos (§ 3), quorum omnium bonorum, utrum retineant necne, discrimen esse positum in eo proelio (§ 4). Praeterea victoria parta tuituros libertatem parentum et proximorum, qua privatos illos turpissimam atque miserrimam servitutem esse servituros; de hac enim re hoc proelio decertari (§ 5—7). Neque omnino ullum esse bonum, quin pugna

eaque felici vel defenderetur vel pareretur; immo victoribus cum externa bona dari (nempe pacem atque certam rerum possessionem), tum bona animi parari, quae sint iustitia sapientia virtus (§ 9—12). Altero vero loco docet pugnare ipsum esse bonum (§ 13—17). Nam cum et corpus et arma ad aggrediendum facta sint, salutem constare in fortiter pugnando; quam fugiendo petere esse perniciem atque mortem; fortiter igitur pugnare per se ipsum esse salutem. Denique per exordium monet turpem vitam manere eos, qui ignominiose e proelio confugissent, decorum autem esse pro patria victoriam ab hostibus reportare. Atque victoribus eorumque liberis omnia bona contingere; quare fortiter pugnent et bona illa expetant (§ 18—20).

Tertia declamatio ut altera Προτροπικός inscribitur, quam sophista fingit a. 413 habitam esse ab oratore quodam Atheniensi, qui civium suorum animos ante pugnam contra Lacedaemonios subeundam confirmare studet. Anno enim 413 Lacedaemonii servos Atheniensium ad arma vocaverunt contra dominos (δουλώοντες μετὰ τῶν ὑμετέρων δούλων § 6) et Atticam vastaverunt Decelea occupata (§ 7 νῦν οὗτοι . . . δημοῖ τε τὴν ὑμετέραν καὶ ἐλευθεροῦσι τοὺς ὑμετέρους δούλους).

Prooemio monet orator, ut milites, qui fortiter dimicare parati sint, bonis sint animis, recordentur facta nomenque et ipsorum et maiorum et inimicorum (§ 1—3). Atque in ipsa oratione sic argumentatus est: Primum ut fortiter pugnent, postulare maiorum dignitatem. Illos enim, cum neque ab aliis terra sua essent expulsi neque alios expulissent, duo tulisse maxima καυχήματ' ἀρετῆς, fortitudinis et iustitiae, Lacedaemonios autem alios expulisse et ipsos esse expulsos. Has igitur esse maiorum laudes (§ 4). Patrum autem virtutum primam esse fortitudinem; in bello enim Persico eos Graeciam liberavisse (§ 5) et paulo post Lacedaemoniis in tertio bello Messenio opem tulisse (§ 6); unde quanta istorum esset impietas, intellegi, qui non modo gratias non egissent, sed et Athenienses opprimere conarentur (§ 7), qui essent αὐτόχθονες, et Atheniensium terram vastarent et servos liberarent. Quod scelus deos ita esse ulturos, ut Atheniensibus victoriam darent, qui pro parentibus et liberis et terra, quam hereditate acceperant, et deis maiorum bellum iustum gererent (§ 8—9). Atque recordationem virtutum, quibus patres praeter Lacedaemonios flourissent, civibus animum addere debere imprimis, ut ipsi essent fortissimi, iterum repeterent memoria prae-

clara illorum facta, qui sua virtute freti, deserti a Graecis, cum Persis ad Marathonem victrici proelio certassent, qui ad Plataeas, qui ad Artemisium superiores discessissent, ut ad id tempus Graecorum libertatis auctores praedicarentur, qui tamquam praemium, quod illis certaminibus essent consecuti, posteris suis reliquissent imperium terra marique longe lateque propagatum (§ 10—12). Quare (peroratio) ipsi essent bonis animis et memores illorum bonorum, quibus in summa libertate essent usi; pro illa fortiter dimicarent: victuros deis adiuvantibus (§ 13—14).

Reliquum est, ut quae inter tres orationes intercedat ratio breviter explicem. Atque oratio I. ut et argumento et librorum testimoniis ita arte oratoria ab orat. II. et III. differt; nam hiatum, quem in his non fugit, anxie evitat in illa (cf. p. 14). Attamen iudicis incauti foret hoc uno argumento nisum alii oratori I. alii II. et III. declamationem adscribere. Diversa enim dicendi genera sophistae exercebant, ut artem ostenderent. — Orat. II. et III. editores in unam contraxerunt, libros deteriores L Z secuti. Bekkerus libros A et B protraxit, qui separandas illas esse docuerunt. Revera utraque declamatio suo est praedita prooemio; tum, ut supra est dictum, in priore protreptico ad nullum neque factum neque tempus alluditur, cum in altero, quae res et quo tempore agatur, explanetur. Perspecto denique utriusque argumento invenies in tertia declamatione oratorem, cum cives sint parati pugnare, id solum agere, ut illorum animum augeat, in altera autem in dubio relinqui, pugnare velint milites necne; in priore dux milites adhortatur, in posteriore orator apud cives contionari videtur.

§ 3.

De sophistae arte ac genere dicendi.

Initium igitur capiam a recensendo declamationum Ἑλληνικῶν atque primum enumerabo, quae Atticorum dictionis sunt habenda.

A. De declamationum Ἑλληνικῶν.

I. quae Attica sunt habenda.

α) in formarum usu

γῆρα II 5 Sch.¹⁾ IV 16; — ἐπιδων II 7 Sch. I 196; — ναοῖς II 3 Sch. I 226; — Πλαταιᾶν III 11 Sch. IV 585; — Πλα-

¹⁾ Schmid. Der Atticismus 1887—1897.

ταιεῖς I 4 Sch. IV 587; — καλλίους II 11 Sch. IV 581; cf. contra πλέονα II 4; πλείον II 15; sed πλέον III 13; Sch. II 143; — οὐνεκα II 9 cf. Kühner-Blass I 251; Kaibel ad Soph. Electr. p. 164 adn.; — ἀποδιδόσιν III 7; Sch. IV 589; — γίγνομαι saepius γινώσκω saepius Sch. IV 579; — ἡττημένος II 15; φυλάττων II 15 Sch. III 18; — θαρρεῖν III 10 et 13 Sch. IV 12.

β) in syntaxi

αα) *nominum* :

- 1) res abstractae neutro genere adiectivi notantur (Sch. IV 608) ut τὸ δίκαιον saepius, τὸ ἐλεύθερον II 11: τὸ μαχόμενον II 14: τὰ ἡμαρτημένα I 2: etc.
- 2) casus accusativus usurpatur, ut indicetur, per quod spatium aliqua res pertineat Sch. IV 50, adnot. 29: III 12: πεπήγασι πλοῦν πολλῶν ἡμερῶν ἀπὸ . . .

ββ) *pronominum* :

- 1) οὗτος pronomine res modo commemorata repetitur: Sch. IV 611: II 9: ἐν τῷ νικᾶν τοὺς πολεμίους· τοῦτο ἀρετὴν κύμ-
πασαν συλλαβὸν ἔχει.
II 9: δοκεῖ εἶναι εἰρήνην ἀγαθόν: αὕτη . . . δοκεῖ εἶναι
κτῆσις ἀγαθόν: τοῦτο . . .
II 11: τὸ νικᾶν μαχόμενον, τοῦτο . . .
II 13: ὅσα τὰ . . . ταῦτα . . .
- 2) τοιοῦτος . . . ὅς Sch. I 137: II 6 et 7.
- 3) ὅς pro ὅς usurpatur Sch. IV 611: II 13: πολλὰ
εἰρηκῶς . . . ὅσα . . . ὅσα δὲ τὰ . . . ταῦτα . . .
- 4) pronomem relativum casui primariae notionis assi-
milatur Sch. IV 611: I 1 περὶ ὧν παρεληλύθασι . . .
II 15: ἐναντία οἷς βούλεται; II 19: ἢ ὑπὲρ ὧν χρή . . .
- 5) genitivus partitivus cum adiectivis vel pronominibus
coniungitur Sch. IV 609: I 1: τούτων ἕκαστα; II 5:
ὧν οἱ μὲν — οἱ δὲ: III 11: εἰς τόδε ἡμέρας.
- 6) τίς iuxta negationes ponitur Sch. IV 72 et 623: II 10:
τούτων τινὰ μὴ . . .
- 7) εἴ τις pro ὅστις Sch. IV 611 et 72: II 11; II 15;
II 17.
- 8) σφέτερος αὐτῶν Atticorum proprium esse docet Meister-
hans³, Gramm. der attischen Inschr. p. 153, 3: III 4,
9, 10.

γγ) *verborum* :

- 1) infinitivus addito articulo substantive effertur Sch. IV 618: τὸ ἀναχωρεῖν II 15, 17: τὸ διαφθείρεσθαι II 13: τὸ δοῦλον εἶναι II 11: τὸ ἐξελαθῆναι III 4: τὸ ἐξελάσαι III 4: τὸ θαρρεῖν III 10: τὸ μάχεσθαι saepius: τὸ μένειν καὶ χωρεῖν II 17: τὸ νικᾶν saepius: τὸ εὖζεσθαι II 13: τὸ φιλοψυχεῖν II 17: τὸ φρονεῖν II 6.
- 2) infinitivus articulo praeposito ad finem indicandum ponitur: Sch. IV 609: II 14: τοῦ μὴ τιτρώσκεσθαι . . . τοῦ ἀμύνεσθαι.
- 3) infinitivus finali vi praeditus, ut possit mente ὤτε (ὤς) suppleri Sch. IV 618: II 2: κατέλιπον οὐκ ἀπολέσαι ἀλλὰ cῶσαι: II 14: τὰ ὅπλα εὖρηται . . . προβεβῆσθαι: II 9: γίγνεται διαθέσθαι: II 17: παρεσκεύασται φεύγειν (at cf. III 3 παρεσκεύασται ὅπως).
- 4) participium perfecti pro adiectivo adhibetur Sch. IV 617: II 4: ὁ παρεστηκὼς ἀγών.
- 5) participiis verborum vis explicatur et augetur Sch. IV 619: II 9: συλλαβὸν ἔχει: III 11: ἐνίκων μαχόμενοι et ἐνίκησαν ναυμαχοῦντες.
- 6) ἐπιδάν recte cum coniunctivo coniungitur: III 14: Sch. IV 620.
- 7) ἄν duplicatur Sch. IV 619: I 2.

δδ) *praepositionum*: Sch. IV 625:

- ἀντί quater usurpatur II 6, 7, 19: III 7.
- ἀπὸ praepositione separatio quaedam exprimitur III 4: ἐξελάθητε ἀπὸ τῆς σφετέρας: III 9: ὁρμώμενοι ἀπὸ . . . : idem III 8: III 12: πλοῦν πολλῶν ἡμερῶν ἀπὸ . . . : grammatica ratio eadem, sententia diversa fere inest in verbis τὰ δ' ἀπὸ τῶν θεῶν II 1: cf. Kühner-Gerth II 1 p. 457: τὰ δ' ἀπὸ τινος complectitur omnia, quae sunt in quodam et ab eo exeunt, verba, sensus, facta.
- διὰ c. gen. temporis I 2: διὰ παντὸς χρόνου et I 4: διὰ παντὸς τοῦ χρόνου.
- ἐν cum verbo εἶναι componitur praedicati loco II 11: ἐν τιμῇ εἶναι.
- κύν (Sch. IV 630) adhibetur III 7, sed μετὰ eadem vi I 4 et saepius.
- ἐνεκα III 7 = διὰ c. acc. Sch. IV 627.

Ceterae praepositiones, quae inveniuntur apud Lesbionactem, εἰς ἐκ ἐπὶ κατὰ μετὰ περὶ παρὰ πρὸς ὑπὸ ὑπὲρ a communi Atticorum scriptorum usu neque veterum neque recentium abhorrent.

εε) *articuli*: iam supra vidimus infinitivos et adiectiva articulo praeposito substantivorum vim sumere; sed etiam vocabulorum complexio quaelibet articulo praeposito pro substantivo usurpatur, ut τὰ δ' ἀπὸ θεῶν II 1 vel τὰ τῶν πολεμίων II 9: εἰς τοῦπιςθεν etc.: Sch. IV 612.

γ) de enuntiationum structura:

αα) verbi ἔστιν ellipsis invenitur II 19; verbi εἰσὶν II 16 et 19; Sch. IV 106 et 631; vocis χώρα (cf. Demosth. ed. Rhodantz indic. sub χώρα) III 7 et 9; vocis νοῦς in illo προσέχειν (sc. τὸν νοῦν) II 1.

ββ) *σχῆμα καθ' ὅλον καὶ μέρος* saepius invenitur:

I 4: διὰ παντὸς χρόνου τοτὲ μὲν . . . ἄλλοτε δὲ . . .

II 5: ἃ κατελείπομεν (sc. ὁ μὲν) . . . ὁ δὲ . . . κτλ.

II 6: ἄθλιοι οἱ πατέρες, στερηθέντες μὲν . . . στερηθέντες δὲ . . . ἀντὶ δὲ κτλ.

II 11: οἱ αὐτοὶ . . . οἱ τε . . . οἱ τε

III 3: ὑμῖν καὶ ἐνὶ ἐκάστῳ καὶ πᾶσιν;

III 5: ὑποχωρήσαντες καὶ αὐτοὶ καὶ τὰ τέκνα;

III 10: πολλὰς μυριάδας ἀνθρώπων (sc. τοὺς μὲν) ἐξέβαλον, τοὺς δὲ . . .: contrarium autem

III 13: ἃ παροξύνει . . . ἃ τε ἀθύρματα . . . ὦν.

γγ) altera persona singularis pro τις usurpatur Sch. IV 632:

II 20 εὖροιο et III 2 εὔροιο.

δ) de particulis.

καίτοι (pro καίπερ) cum participio coniungitur I 2 καίτοι καθεστῶτες κτλ. Sch. IV 620.

ἀλλὰ δὴ III 2: Sch. IV 547.

αὖ Sch. IV 548: II 7.

γὲ Sch. IV 549: II 11, III 2, 6.

δὲ deest post μὲν III 4; in sententia altera ponitur hypotheseos

II 11: Sch. IV 550; pro ἀλλὰ sententiam negativam sequitur

III 9: Sch. IV 549.

δὴ particula vis pronominis relativi augetur Sch. IV 551: ὅσα

δὴ ἀνθρώπινα II 14.

ἔπειτα sine δὲ ponitur post πρῶτον μὲν Sch. IV 554: II 13, 16.

καὶ interrogationem auget Sch. IV 555: II 9.

οὐκ οὖν Sch. IV 559: III 2.

τὲ—τὲ saepe inveniuntur Sch. IV 559.

ὥς causam inducit Sch. IV 566: III 10.

Aliae particulae, quae Atticae sint dicta, non exstant. De coniunctionibus et particulis dixi plura in ea parte. quae est de transeundi generibus Lesbinae.

II. quae ex posteriorum scriptorum dictione sumpta sunt:

α) in formarum usu:

φονέας III 8 Sch. IV 581: — οὐδαμῶν ionice est dictum III 4.

β) in syntaxi

αα) articuli:

Cum de articulo aut addito aut omisso dico, singulas declamationes separatim tractandas esse puto. Atque ut incipiam de articulo nominibus propriis addito, in prima quidem declamatione non ponitur, in altera nomen proprium non invenitur, in tertia denique nomina gentium excepto nomine Atheniensium cum articulo coniunguntur, item nomina terrarum: sed nomina locorum modo sine articulo modo cum articulo leguntur: ut ἐκ τῆς Σαλαμῖνος III 5 et πρὸ Σαλαμῖνος III 11: nomina vero deorum articulo carent, ut ἐστία, ἀπάτη, τύχη. Cetera autem substantiva secundum Atticorum usum in prima declamatione vel carent articulo vel ornantur (at cf. I 4: διὰ παντός χρόνου et I 2: διὰ παντός τοῦ χρόνου), in ceteris duabus nomina, quae aetatem indicant, carent recte articulo ut II 5: γῆρας et ibidem νεότητι; III 13 ἡλικίας; praeterea articulus deest in enumerationibus, ut II 6: πόλεως καὶ χώρας καὶ ἱερῶν. II 3, II 16, III 13 etc., et apud nonnulla vocabula, quae res abstractas significant aut quae philosophorum sunt propria (Sch. IV 65) ut ζῆλος τιμὴ κάλλος εὐεΐδεια εὐγένεια δικαιοσύνη ἀνδρεία δικαιοσύνη etc.: gradus superlativus partim articulo caret, partim eo praeditus est, ut etiam iuxta legantur ἀντὶ γὰρ τῶν καλλίστων καὶ ἐντιμωτάτων γάμων εἰς αἰσχρίτους καὶ ἀτιμωτάτους κτλ., II 7: etc. Iam apparet scriptorem, quod in eiusmodi declamationes, quae sunt λόγων πολιτικῶν, severiora artis dicendi praecepta caderent, in prima declamatione Atticorum usum in articulo ponendo multo diligentius servavisse quam

in ceteris. Quae exempla ne nimis dispergerentur. in hunc locum omnia contuli.

ββ) verbi

1) activum pro medio ponitur Sch. IV 619: II 5 et 6
ἀμύνειν; II 19 τιμωροῦντας;

2) tempora miscentur Sch. IV 619:

II 6 κτερηθέντες cum καθιστάμενοι coniungitur; III 11:
ἐνίκησαν—ἐνίκων—ἐνίκησαν. Sed perfectum pro aoristo
perperam non adhibetur.

γ) in particularum usu:

τὲ — καὶ unico quo inveniuntur primae declamationis loco
separata sunt I 1: in reliquis totiens paene separantur quo-
tiens iuxta ponuntur. Separantur enim II 1, 4 (bis) 7; III 7,
13: iuxta ponuntur II 5, 13: III 9 (bis) 13. Sch. IV 564.

δ) de verborum suppellectile:

verborum usum summa cum diligentia recensui; inveni longe
plurima Attica esse: satis igitur habeo hic reponere:

αα) vocabula novicia:

ἀντιγηροτροφῆσαι II 10, solus

ἐξευπορίζω¹⁾ II 3, solus

εὐείδεια II 7, nam Cornut. 15 p. 20, 9 L nunc εὐήδειαν
editur

δυσεείδεια²⁾ II 7

κακοεργασία III 7, quod finxit verbo εὐεργεσία oppositum:

ἀντιστάτης³⁾ II 15;

παρασπόνδως III 7: alterum exemplum πα[ρας]πόνδως

I. v. Perg. n. 224, 22 (= Dittenberger IO. n. 323, 22)

ββ) vocabula vetera novis significationibus induta

ὑπεκφέρω (sustinere) II 7

γγ) vocabula poetica:

ἀθύρματα III 13: Sch. IV 676

αἰςχος II 7: Sch. I 251

εὐκλεία II 18: Sch. IV 299

καύχημα III 4: Sch. II 199

¹⁾ cf. Lobeck ad Phrynich. p. 596; prob. Dind. in Steph. Thes. s. v.
ἐξευπορίζειν.

²⁾ Diog. Laert. 2, 33.

³⁾ Aeschyl. Sept. 518, in versu supposito; Plut. Mor. 1084 B; ἀντι-
στάτης ὁ ἀνθεκτικῶς ἐν μάχῃ Etym. Magn. p. 111, 41; invenitur quoque
p. 625, 26 et 81, 33.

πρόσωπος II 6: Sch. IV 673

δδ) vocabulum ex Ionum lingua accitum:

οὐδαμῶν III 4 pro οὐδενῶν

Quae cum ita sint, alius diiudicet, num recte Schmidius l. c. IV p. 680 dicat Lesbonactis declamationes verbis poeticis paene carere: invenimus quinque in tam parvo spatio. Atque ut hoc quoque adiungam, errat idem, cum dicit l. c. II p. 9 nostrum Thucydidis genus dicendi imitari: quod ego quidem viderim, noster sic ut Polemo nullum auctorem certum imitatus est, sed undique, quae ad propositum idonea esse videbantur, ex scriptoribus Atticis comportavit et quasi conglutinavit, nisi quod in prima declamatione Isocratis Πλατῆικός illius animo imprimis obversatus esse videtur.

ε) in enuntiationum structura:

anacoluthum (Sch. IV 632) invenitur II 5 et 15.

B. de verborum compositione:

I. de hiatu.

Fuga hiatus quae dicitur declamatio l. a ceteris duabus magnopere differt. Nam cum in prima quinque vocalium collisiones exstent, quae elisione (§ 1 δὲ ὁρῶν; § 4 δὲ αὐτοί; δὲ αἰ; μετὰ ἡμῶν) vel apocope (§ 3 κύμμαχοι ἐκείνω), quae iam in libris legitur, tolluntur, copia earum in reliquis poscere videtur, ut ratio earum amplius explicetur.

Atque e magno numero secernendae sunt vocalium collisiones

1) eae, quae hiatus veri neque haberi possunt neque habiti sunt: sunt eae, quarum altera vocalis tollitur:

α) elisione: eliduntur

α: ἀλλὰ II 3, III 1 et 3; κατὰ II 1, 3, 20; παρὰ II 18.

III 3, 13; εἵνεκα II 1, οὔνεκα II 9; ἐπίλοιπα II 1; ὅσα 2:

περόντα 3; πλείστα 3; τοιαῦτα 7; ὑπάρχοντα 9; etc.:

επεύδοντα III 2; ἀξίωμα 3; μέγα 3; βοήθει(α) ἥξιν 10:

ε: δὲ; τὲ; γὰρ (II 11); ὥστε II 14; βούληθε 14; etc.; ἔστε

III 2; ἔσεσθε 3; ἐξηλάθητε 4; etc.:

ο: ἀπὸ II 1; III 8, 9; ὑπὸ II 2, 10; III 4; τοῦτο II 9;

ἡγωνίσαντο οἱ III 12;

ι: ἐπὶ II 7; III 5, 7, 11;

αι diphthongus:

- α) inf. praes. pass. vel med.: II 6, 9, 13, 16 bis, inf. aor. med.: II 4; inf. aor. pass.: III 4;
- β) infin. praes. activ.: εἶναι II 2, 9, III 1;
- γ) tertiae personae pass. vel med.
vel praes.: III 10 φέρεται; III 9 ἔρχονται;
vel fut.: II 8 ἔσται; III 2 ἔσονται;
vel perf.: II 14 εὖρηται; II 17 παρεσκεύασται;
- β) crasi, quae vocatur, qua in unum coalescunt duae vocales:
II 1 ὦ ἄνδρες; III 2 τοῦναντίον, 11 ταῦτά. Item crasis fortasse agnoscenda in II 9 αὕτη ἐπί; (III 2 αὐτοῦ ἐπιδιδούσαν);
III 6 Σπάρτη ἐπεβοήθησαν; II 2 et II 10 ἦ ἐπράφητε;
III 9 ἦ ἐγένοντο;
- 2) eae, quae apud omnes scriptores et vel apud eos usitatae sunt, qui in hiatu vitando diligentissimi fuerunt. Sunt autem hiatus, qui dicuntur nec vero a Graecis re vera hiatus habiti sunt, ii qui fiunt
- α) articulo praecedente;
- β) particulis et praecedentibus εἰ II 10; ἥ II 2, 15, 19, III 1; μή II 8, III 4 bis; δὴ II 14 et sequente οὖν III 10, 13, 14;
- γ) post ι: 1) περὶ III 13; τί II 9 et 15; ὅτι III 8 et 10;
2) inde a Theophrasti temporibus in dativo sing. tert. declinationis πατρίδι II 10; ἐνὶ III 3;
- δ) pausa quamvis parva plurimis locis, ut II 8 ῥώμη, ἀμφοῖν; 13 γιγνέσθω· ὅσα; 14 προβεβλήθαι ἢ; III 1 λόγου (,) οὔτε; 4 ἐξελαθῆναι (,) ἀνδρείας;
- 3) eae, quae inveniuntur in certis quibusdam formulis, quae communi usu ex antiquissimo sermone receptae erant: III 14 τύχη ἀγαθῇ; II 6 εὖ ἀγωνισαμένων; III 13 εὖ ἀγωνιέσθε; fortasse hic quoque referenda monosyllaba hiantia II 1 χρὴ ἄρχεσθαι; III 1 χρὴ εἶναι et ibidem δεῖ ὑπεριδεῖν.
- Veri autem hiatus restant hi:
- 1) post diphthongum εἰ
- α) pers. III. praes. act.: II 9 δοκεῖ εἶναι; III 9: ἄγει αὐτούς;
- β) pers. III. fut. act.: III 3 βλάψει ἀκούσαι;
- 2) post οι: II 1 πολέμοι ἐγγύς; 16 κοῦφοι οἱ διωζόμενοι ἀκοντισταί [Theophrastus hiatum, qui adiectivo attributive posito efficitur, non anxie cavebat, id quod amicus meus Hindenlang brevi probabit]; 19 εὐκλέεστεροι ἀποθανόντες; 20 φίλοι εἰσὶν; III 4 αὐτοὶ ἐξελαθέντες et αὐτοὶ οἰκείτε; 5 ὁρμώμενοι ἐκ;

- 3) post ου: II 19 τάφου ἀξιοῦνται; III 1 ἔργου οὐδενός; 4 τοῦ-
του ὑμῖν;
4) post η: II 9 εἰρήνη ἀγαθόν; II τιμῇ εἶναι; 16 βέλη αὐτῶν;
III 13 μεγάλη ἐλευθερία;
5) post α: II 19 δημοσία ἐκτρέφονται; III 10 σφετέρᾳ αὐτῶν;
6) post ω:
α) II 2 μείζω εἶναι;
β) II 9 τούτῳ ἔνεστι; III 5 στρατῷ ὑποχωρήσαντες; 13 ἑαυτῷ ἔχει.

II. de periodorum structura.

- 1) De transeundi generibus, quibus utitur Lesbonax.¹⁾
α) Primum est, ut exponam, quomodo post propositiones ad
rerum expositionem transeatur. In prima enim declama-
tione ut in altera δέ particula hoc munere fungitur. Post-
quam proposuit se dicturum esse de bello et, cur dicturus
esset, adiunxit, sic pergit I 3: νῦν δὲ τίς οὐκ οἶδεν ὅτι
πρῶτον μὲν κτλ.; in altera autem, postquam dixit suum esse
milites adhortari, sic instituit II 2 δεῖ δὲ ὑμᾶς κέψασθαι
κτλ.; haec vero simplicissima est transitio. In tertia autem
declamatione γὰρ particula sententiae propositae explic-
ationem incipit: III 3 postquam statuit ad fortiter pu-
gnandum plurimi interesse patrum et ipsorum et hostium
ἀξίωμα recordari, sic pergit Ὑμῶν γὰρ οἳ τε παλαιοὶ πατέ-
ρες κτλ.
β) alter locus sit de coniunctionibus, quibus a parte ora-
tionis ad partem transitur vel singulae sententiae inter se
coniunguntur.
οὖν vi conclusionis praeditum est omnibus quibus invenitur
locis I 5; II 1, 8, 17, 18, 20; III 10, 13.
τοίνυν eadem ratione adhibetur qua οὖν II 10 et 11; in
argumentando autem ad novam rem hac particula transitur
II 12: εἴ τις τοίνυν εὐγενείας βᾶκανος, postquam de σοφία
locutus est.
καὶ cum μὴ coniungitur II 2, ubi erroribus vel sinistris inter-
pretationibus dictorum occurrendum est (anteoccupatio);
ἔτι δὲ καὶ II 3 et δὲ καὶ III 11 novam rem incipiunt;
καὶ coniungit enuntiata diversi generis (Sch. IV 632) II 3

¹⁾ In hac parte usus sum potissimum dissertatione Ljungdahli 'de transeundi generibus, quibus utitur Isocrates'. (Upsaliae 1871).

μετὰ τοῦ ὑμῖν συμφέροντος καὶ δεδηλωκότων τῶν θεῶν κτλ.; καὶ exemplum inducit III 2 καὶ ἀρετὴν πλείστον ἂν εὔροις, III 3 ὥστε εἰ καὶ νῦν κτλ., III 4 καὶ κατὰ τοῦτο δύο φέρεσθε κτλ.; καὶ post pronomen relativum positum, quod docet sententiam primariam et relativam olim pari momento fuisse (cf. Demosth. ed. Rehd. 1886 ind. p. 91), III 2: ὅπου μεγίστην καὶ τιμὴν ἔχει, II 5 ὁ καὶ δεῖ κέψασθαι, III 7 οἷς οὐδὲ . . ., III 8 ὥστε καὶ τὴν δίκην κτλ.

γάρ: quae in hac particula inest vis explicandi, in promptu est omnibus exemplis.

δὲ novam orationis partem incipit his locis (Sch. IV 550) II 2, 11, 13, 15; saepius singulas sententias coniungit. Adhibetur quoque, si quis rem affirmatam documentis se probaturum dicit: III 4 μαρτύριον δὲ τούτου ὑμῖν ἐρῶ δὲ cum ἐνθυμήθητε coniunctum instituit novum argumentum ad id confirmandum, quo cives impellere vult orator III 8 ἐνθυμήθητε δὲ ὅτι ὑμεῖς μὲν κτλ.; pro imperativo etiam χρῆ vel βούλομαι invenitur: II 5 ἐπανενεγκεῖν δὲ . . . βούλομαι et II 9 ἐνθυμηθῆναι δὲ χρῆ κτλ.

ἀλλὰ simpliciter positum rem contrariam saepe indicat, cuius rei exempla afferre opus non est. ἀλλὰ γάρ III 7 sic ponitur, ut ἀλλὰ rem tractatam abrumpi significet. γάρ autem rationem indicet.

γ) tertio denique loco de enumeratione sive oratione distributa est disputandum. καὶ — καί, τὲ — τὲ, τὲ — καί, οὔτε — οὔτε, μὲν — δὲ saepe inveniuntur; οὐ μόνον . . . ἀλλὰ καὶ II 17; τοτὲ μὲν — ἄλλοτε δὲ I 4; πρῶτον μὲν — ἔτι δὲ II 2; 15; πρῶτον μὲν — ἔπειτα II 13, 16 (sic Attice sine δὲ); πρῶτον μὲν — δεύτερον δὲ — μετὰ δὲ ταῦτα — διὰ δὲ παντὸς χρόνου — αἰὶ δὲ — νῦν δὲ τὸ τελευταῖον I 3.

δ) transitionis autem hoc proprio nomine signatae exempla, quam notionem Ljungdahlius l. c. disseruit p. 48, unum inveni hoc III 5 ταῦτα μὲν γάρ τῶν παλαιῶν μαρτύρια ἀρετῆς πατέρων· τῶν δὲ νέων ἄλλα τε πολλὰ καὶ κτλ.; nonnumquam autem participio rei tractatae mentio continetur I 5, II 6, 7, 12, 20 etc.

Iam accedo:

2) ad singularum notionum copulationem.

Saepissime tria vel plura verba particula καὶ coniunguntur, more Demosthenico (Sch. I 175) ut

II 3: ναοῖς καὶ βωμοῖς καὶ ἀγάλμασι et πομπῶν καὶ πανηγύρεων καὶ ἀγώνων et κατὰ φιλότητας καὶ συγγενείας καὶ ἡλικίας; II 16: ἀκονιστῶν καὶ σφενδονῆται καὶ τοξόται; III 13: παῖδες καλοὶ καὶ γυναῖκες καὶ γυμνάσια καὶ κυνηγία etc. etc. Sed fit etiam, ut duae notiones more Polybi et Plutarchi particula nudae iuxta ponantur, ut II 19: πανοπλίας προεδρίας; II 20: ἐν πάσαις πανηγύρεσιν ἐν πάσαις θεωρίαις etc.

Restat, ut de asyndeto quaedam dispuem: qua figura Demosthenes utitur persaepe, ut δεινότητα quam vocant efficiat; noster autem raro notiones, sed sententiarum partes dividit; eius exempla omnia afferam, ut, cum multa sint, hac figura sola gravitatem effici non posse cognoscas, nisi accedant ei alia adiumenta; sunt haec

I 3, II 2, II 3: ἀναμνηθέντες... συνόντες... ἐξευπορίζοντες... II 14, 20, III 4, 5: gravissimum est II 19, in quo nonnullae aliae figurae coniunctae sunt: ἐπεὶ δὲ πεφύκαμεν οὐκ ἀθάνατοι, πῶς κάλλιον ἀποθνήσκειν ἢ ὑπὲρ ὧν χρή τιμωροῦντας; ποίαν ἄλλην ἀρετὴν κτωμένους; ποῖος ἡδίων θάνατος; τίνες εὐκλεέστεροι ἀποθανόντες ἢ οἱ οὕτω τελευτήσαντες; δημοσίου τάφου ἀξιοῦνται, θυσίαι ἐπὶ τούτοις γίγνονται, ἀγῶνες ἐπὶ τούτοις τίθενται, ἀντὶ θνητοῦ σώματος ἀθάνατον μνήμην καταλείπουσιν. Sed quamquam haec ita se habent, tamen orator tantum mihi videtur si non arte oratoria valuisse at certe studuisse, ut orationem omnibus numeris perfectam et perpolitam redderet; nam hoc vel obiter tibi orationes percurrenti apparebit sophistam maxime operam dedisse, ut certos et circumscriptos verborum ambitus strueret. Breves enim comprehensiones, quales propriae sunt abrupti generis dicendi, paucae exstant, in prima declamatione nusquam, in ceteris duabus interdum ut II 1, II 8 ὁδε γὰρ ὁ ἀγῶν τέλος ἔχει; III 4. Eximuntur hoc loco interrogationes, de quibus postea.

C. de figurarum ratione.

Quod modo diximus sophistam ad oratoris perfecti laudem adspirasse, hoc idem tam tropis quam figuris, quibus orationem suam excolere atque exornare studuit, probatur: quod quo magis explanetur, omnia exempla afferre constitui.

Atque ut initium capiam a schematis λέξεως, parecheseis, quam figuram alliterationem aetas renascentium literarum nuncupavit, primum videamus I 1: βέλτιστα βουλευομένους; πόλει προστιθεμένους παρὰ . .; 2: δυσμενῶς διακείμενοι . .; 3: κείνῳ

καταστάντες . . . : II 2: ἀρετὴν ἀπολέσχετε. κακότητα κτήσασθε:
 10: ἐπειδὴ περ ἐφύσατε, ἐκθρέψαι; 12: ἀνὴρ ἀγαθὸς . . . : 13: ἀνα-
 μιμνήσκων ἀνὴρ ἀγαθὸς . . . ; 15: πόδες πεφύκασι.. οὐδ' οἱ ὀφθαλμοὶ
 ὄρᾱν οὐδενός. . . , δίχα δὲ διαιρεθεῖς . . . : 16: ἀναστραφεὶς ἀξιοῖ . . . :
 19: πανοπλίαις προεδρίαις; III 3: παλαιοὶ πατέρες, ἀξίωμα ἀρετῆς.

Repetitiones (ἀναφοραὶ) sex inveniuntur:

- II 6: στερηθέντες μὲν τῆς ἡμετέρας προσόψεως,
 στερηθέντες δὲ πόλεως . . .
- II 9: δοκεῖ εἶναι . . . : αὕτη . . .
 δοκεῖ εἶναι . . . : τοῦτο . . .
- II 13: πολλὰ δὲ εἰρηκῶς . . .
 πολλὰ ἕτερα παρήμι . . .
- II 19: (cum πολυπτῶτῳ coniumetum)
 πῶς κάλλιον ἀποθνήσκειν ἢ . . . :
 ποῖαν ἄλλην ἀρετὴν κτωμένους:
 ποῖος ἡδίων θάνατος;
- II 20: ἐν πάσαις πανηγύρεσιν
 ἐν πάσαις θεωρίαις . . .
- II 10: δίκαιον μὲν τῇ πατρίδι ἀμύνειν,
 δίκαιον δὲ ἱεροῖς πατρώοις,
 δίκαιον δὲ τοὺς πατέρας ἀντιγηροτροφεῖν,
 δίκαιον δὲ τοὺς παῖδας ἐκθρέψαι,
 δίκαιον δὲ τούτων μὴ ἐλλείπειν.

Παρόμοιον solum his invenitur locis:

- I 4: διὰ παντὸς δὲ χρόνου
 τοτὲ μὲν . . . ἡμῖν ἐπιβουλεύοντες,
 ἄλλοτε δὲ . . . τοὺς ἡμετέρους συμμαχοὺς ἀφιστάντες,
 αἰεὶ δὲ . . . ἔχοντες . . . διατελοῦσιν.
- II 3: ἐν οἷς
 τῶν μὲν παρουσῶν ἀνιῶν ἐπιλανθανόμεθα,
 μετὰ δὲ τήνδε τὴν ἡδονὴν ἄλλας προσεκτώμεθα.
- ibid. ὅπως ἡμᾶς αὐτοὺς ὡς ἐλάχιστα λυπήσομεν
 τοὺς τε παρόντας ὡς πλείιστα εὐφρανοῦμεν.
- II 6: εὐδαίμονες μὲν οἱ πατέρες
 τίμιοι δὲ οἱ παῖδες
 ζηλωταὶ δὲ αἱ γυναῖκες . . .
- II 6: ἐν ἡλικίᾳ τοιαύτῃ
 ἐν ἣ τὸ μὲν φρονεῖν ἅ πάσχει οὐ γεγήρακεν,
 ὁ δὲ γινώσκων ἅ πάσχει ἀδύνατος καθέστηκεν . . .

- II 20: οἱ φίλοι . . . εἰσὶν
οἱ ἐχθροὶ . . . ὑπέρχονται
πᾶς ἀνὴρ . . . βούλεται
ἐκ τῶνδε . . . εὐροιο
οὔτοι . . . εὐδαιμονίζονται.
- III 4: κατὰ μὲν τὸ μὴ ἐξελαθῆναι
κατὰ δὲ τὸ μὴ ἐξελάσαι . . .
- III 5: ὑποχωρήσαντες ἐκ τῆς πατρίδος καὶ αὐτοὶ καὶ τὰ τέκνα
ὀρμώμενοι ἐκ τῆς Σαλαμῖνος . . .
- III 7: δηοῦσί τε τὴν ὑμετέραν
καὶ ἐλευθεροῦσι τοὺς ὑμετέρους δούλους
καὶ ἐπάρχουσιν ἐφ' ὑμᾶς . . .
- III 13:
ἃ δὲ μάλιστα ἄνδρας παροξύνει, ὑμῶν αὐτῶν ἀκούσατε
πόλεώς τε μέγεθος καὶ εὐδαιμονίας καὶ δόξης
ἣν ἕκαστος παρ' ἑαυτῷ ἔχει.
ἃ τε νέοις ἀνδράσιν ἡλικίας ἀθύρματα
